

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia**

**Jacobus <Genua, Erzbischof>**

**[Lyon], 20. Juli 1486**

De inuentione sancte crucis lxiiii

[urn:nbn:de:bsz:31-289352](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-289352)

## De inuentione sancte crucis

Et illa. Deus est inquit filius hic. meū est peccatum. Securi edite quia prior ego comedi quē genui. Nolite fieri vt matre religiosiores aut feminis molliores. Qd si vincit vos pietas et horretis ego totum comedam que dimidiū iam comedi. Illi vero trementes et territi discesserūt. Tandem scdo anno impij vespasiani titus hierusalem cepit. et castra subuertit tēplūq; funditus destruxit. Et sicut iudei xpm. xxx. denarijs emerant sic et ipse vno denario. xxx. iudeos vendidit. Sicut autē narrat iosephus nonaginta septē milia iudeoz vedita sunt et vndecies centena milia fame et gladio perierunt. **L**egit quoq; qd titus intrans hierusalē quendam murū densissimū vidit. ipm q; pforari pcepit. factosq; foramine quēdā intus fenē aspectu. et canitie venerabilē inuenerūt. Qui requisit⁹ quis esset respōdit se esse ioseph ab arimathea ciuitate iudee seq; a iudeis ibidē clausum et muratū fuisse eo qd xpm sepelisset. addiditq; qd ab illo tpe vsq; nūc celi sit cibo pastus et diuino lumine confortatus. In euangelio tamen nicodemi dicit qd cum iudei ipm reclusissent xps resurgens eū inde eripuit. et in arimathea duxit. Potest dici qd cū eductus a predicatione xpi non cessaret a iudeis itez est reclusus. Notuo quoq; vespasiano impatore tit⁹ fili⁹ eius eidē in impio successit. Qui fuit vir clemētissimus et multe liberalitatis. Tanteq; bonitatis fuit sicut ait eusebius cesariēsis i cronica ⁊ testat hiero. qd cum quodā sero recordatus fuisset. qd illo die nil boni agisset: aut nichil dedisset ait. O amici hunc diem pdidi. Post longa tpa quidā iudei hierusalē reedificare volentes exeuntes primo mane plurimas cruces de rore inuenerūt. Quas territi fugietes ⁊ scdo mane redeūtes vnusquisq; vt ait miles in cronica sua cruces sanguineas vestib⁹ suis inestas inuenit. Qui vehemēter territi in fugā iterum versi sunt. Sed tercio die reuersi vapore ignis de terra prodeuntis penitus sunt exusti.

### De inuentione sancte crucis. lxviii

**I**nuentione sancte crucis dicitur qd tali die crux inuenta fuisse refert. Nā et antea fuit inuenta a seth filio adā in terrestri paradiso: sicut infra narrat a salomone in libano. a regina saba in salomonis templo. a iudeis in aqua piscine. bodie ab belena in monte caluarie.

**I**nuentione sancte crucis post annos. cc. et amplius a resurrectione dñi facta est. Legitur em̄ in euāgelio nicodemi qd cū adā infirma retur seth filius eius portas paradisi adiit. et oleū ligni misericordie quo corpus patris perungeret.



et sanitatem reciperet postulauit. Cui apprensus michael archāgelus ait. Noli laborare neq; flere pro eo ligni misericordie obtinendo quia nullatenus illud assequi poteris nisi quādo ppleti fuerint v. milia quingenti anni. licet ab adam vsq; ad passionē xpi anni tñ quinq; milia centum nonaginta nouē fluxisse credant. Legitur quoq; alibi qd angelus eidem ramusculū quēdā obrulit et iussit qd in monte libani plantaret. In quadā vero historia grecorū licet apocryfa. legit qd angelus de ligno in quo peccauit adā. eidem tradidit dicens. qd quādo faceret fructū pater sanaret. Qui rediens et patrem mortuū inueniens: ipm ramū super tumulū patris plātauit. Qui plātatus in arborē magnā creuit et vsq; ad salomonis tēpora pdurauit. Terrū autē hec vera sint. lectoris iudicio relinquat cū in nulla cronica vl̄ historia autētica hec legant. Salomon autē arborē tā pulchrā considerans ipam pcepit incidere et in domo sale⁹ locari. Nūq; tamē vt ait iohānes beletb locari poterat. nec alicui loco apta reperiri valebat: sed modo vl̄ excedebat lōgitudine. aut deficiebat nimia breuitate. Si qñ vero scdm loci exigentiā ipam rōnabiliter decurrassent adeo breuis videbat qd omnino incōgrua habebat. Ob hoc indignati artifices ipm reprobauerūt. et sup quendam lacū vt esset pons transcūtib⁹ piecerūt. Regina autē saba cū venisset audire sapientiā salomonis et pdictum lacū transire veller vidit in spiritu qd saluator mundi in ligno suspēdendus fuerat et ideo sup illud lignū trāsire noluit. sed ipm p:otio

## De inuentione sancte crucis.

us adorauit. In historia tamen scolastica legitur quod predictum lignum regina saba in domo saltus vidit. Cuius ad domum suam redisset intumuit salomoni quod in illo ligno quidam suspendendus esset. per cuius mortem iudeorum regnum deleri deberet. Salomon igitur predictum lignum inde sustulit. et in profundissimis terre visceribus illud demergi fecit. Postea per batica piscina ibidem facta est. ubi natbinei hostias aluebant. et non solum ex descensu angeli. sed etiam ex virtute ipsius ligni traditum ibi fieri. et aque commotiones et infirmorum curationem. Appropinquante vero passione christi predictum lignum suspensum esse prohibet. Cum autem illud iudei vidissent ipsum acciperunt. et crucem dominus parauerunt. Ipsa autem crux christi ex quatuor generibus lignorum fuisse prohibet. scilicet palme. cipressi. oliue. et cedri. Unum versus. Ligna crux palma cedrus cipressus oliua. In cruce enim fuit hec quadruplex differentia lignorum. scilicet lignum erectum. lignum transversum. tabula supposita. et truncus cui crux erat infixus. vel secundum grecum. turo. tabula transversa que fuit sub pedibus christi. Unum quodlibet horum potuit esse alicuius predictorum lignorum. Hanc differentiam lignorum videt apostolus innuere cum dicit. Ut possitis comprehendere cum oibus sanctis que sit longitudo. latitudo. sublimitas. et profundum. Que verba augustinus ibidem doctore egregio sic exponit. Crucem inquit domini cuius latitudo dicitur in transverso ligno quo extendunt manus. longitudo a terra usque ad ipsam latitudinem quo a manibus infra totum corpus affigit. altitudo a latitudine usque sursum cui adheret caput. profundum vero quod terre infixum abscondit. Quo signo crucis omnis actio humana et christiana describitur. bene operari in christo. et ei perseveranter inherere. sperare celestia sacramenta non perperam. **C** Istud lignum crucis preciosum per annos. cc. et ultra sub terra latuit. scilicet ab helena matre constantini imperatoris hoc modo repertum fuit. In tempore illo congregata est iuxta danubium fluminis multitudo innumcrabilis barbarorum. volens fluvium transire. et omnes regiones usque ad occidentem suo domino subiugare. Quod ubi constantinus imperator comperit. castra mouit. et contra danubium se cum suo exercitu collocavit. At barbarorum crescente multitudine etiam fluvium transiente constantinus nimio terrore concutitur. videns quod essent die crastino cum eo prelium commissuri. Sequentem igitur noctem ab angelo excitatus. et ut sursum respiciat admoneus. Qui in celum aspiciens. vidit signum crucis ex clarissimo lumine factum. litteris aureis hunc titulum habens scriptum. In hoc signo vinces. Qui celesti visione confortatus similitudinem crucis fecit. et ipsam ante suum exercitum ferri

iussit. Irruensque in hostes ipsos in fugam vertit. et multitudinem maximam interfecit. Tunc constantinus omnes templorum pontifices convocavit. et cuius dei hoc signum esset diligenter inquisiuit. Quibus se nescire dicentibus. quidam christiani aduenerunt. et ei sancte crucis mysterium. et fidei trinitatis plenius narrauerunt. Qui in christum perfecte tunc credidit. et ab eusebio papa. vel secundum quosdam libros a cesariensi episcopo sacrum baptismum suscepit. Sed in hac historia multa ponuntur quibus traditum historia triplicitate et ecclesiastica. et vita sancti siluestri. et gesta pontificum romanorum. Secundum quosdam non fuit iste constantinus imperator qui a beato siluestro papa fuit baptizatus. et ad fidem conuersus. sicut aliquae historie vident innuere. sed fuit constantinus pater ipsius constantini. sicut in aliquibus historiis inuenitur. Ille enim constantinus alio modo ad fidem venit. sicut in historia sancti siluestri legitur. nec ab eusebio sed a siluestro baptizatus fuisse narrat. Mortuo tamen ipso constantino. constantinus memorie victorie patris quam virtute sancte crucis habuerat. helenam matrem suam hierosolimam per ipsam crucem inueniente transmisit. sicut inferius est notatum. **C** Historia tamen ecclesiastica hanc victoriam aliter factam narrat. At enim quod cum maxencius romanum imperium inuasisset. constantinus imperator iuxta pontem albinum cum maxencio conflicturus aduenit. Cum igitur anxius multum esset. et per sibi mittendo auxilio ad celum oculos crebro leuaret. vidit per soporem ad orientis partem in celo signum crucis fulgore igneo rutilare. angelosque astare et sibi dicere. Constantine in hoc vinces. Et videtur in historia tripartita dum constantinus quod hoc esset miraretur. christus nocte supinente eadem apparuit cum signo quod vidit in celo. iussitque ut fieret eius signi figuratio. que foret auxilium in congressibus preliorum. Tunc constantinus letus redditus. et de victoria iam securus. signum crucis quod in celo viderat in sua fronte designat. vexilla militaria in signaculum crucis transformat. et in manu dextra auream crucem portat. Post hoc dominum exorauit ne dexteram suam quam in signo crucis munierat salutari cruore romani sanguinis maculari permitteret. sed sine sanguinis effusione. victoria sibi de tyranno presteret. Maxencius autem iussit nauibus ad decipulam compositis. fluvium sterne. et suppositis pontibus exequari. Cuius autem constantinus iam ad fluvium appropinquaret. maxencius in occursum cum paucis velociter pergit. imbecillus ut ceteri se sequantur. suisque operis pontem cum paucis conscendit. et de decipula qua constantinus decipere voluit est deceptus. et in fluvium profundus demersus. Constantinus vero ab oibus vnan-

## De inuentione sancte crucis.

miter est susceptus. Et sicut legit in quadā cronica  
satis autentica. Constantinus tunc pfecte nō credidit  
nec tunc sacri baptismi suscepit. sed aliquāto tps  
interiecto. visionē illā petri et pauli vidit et sacro  
baptismate p siluestri papā renatus et a lepra mū  
datus. in xpm deinceps pfecte credidit. Et sic ma  
trem suā belenā hierosolimā misit. vt crucē dñi re  
quireret. Ambrosius tamē in epla de obito theo  
dosij et historia tripartita dicit q̄ in vltimis con  
stitutus baptismi suscepit. baptismum differēs. vt  
posset in iordanis flumine baptisari. Hoc idē dicit  
biero. in cronica. Certū est autē q̄ sub siluestro pa  
pa xpianus effect⁹ est. Vtrū autē baptismū distulit  
in dubiū vertit. Unde de illa legenda sancti silue  
stri quo ad plura similiter dubitatur. **H**ec igitur  
historia de inuentione crucis q̄ in ecclesiasticis histo  
rijs inuenit. cui etiā consonant cronice. videt esse  
magis autētica q̄ illa que p ecclias recitat. Cōstat  
enī multa ibidē esse q̄ non consonant veritati nisi  
forte q̄s vellet dicere vt supius dictū est q̄ nō fuit  
cōstātin⁹ ille. s̄ cōstātin⁹ pater eius qd̄ tñ multū  
autenticū non videt. licet in quibusdā vltimarum  
his historijs sic legat. **C**um autē belena bie  
rusalem aduēisset oēs iudeoz sapientes qui per  
toram regionē repti sunt ad se cōgregari precepit  
Hec autē belena prius stabularia fuerat sed ppter  
eius pulchritudinē cōstātinus sibi eam cōiunxit.  
scdm qd̄ dicit Ambro. in hec verba. Stabulariaz  
hanc fuisse asserūt. Sed piuncta est p̄stātinō senio  
ri. qui postea regnū adeptus est. Bona stabularia  
q̄ tam diligētē p̄sepe dñi requisit. Bona stabu  
laria. q̄ illuz stabulariū non ignorauit. qui vulne  
ra curauit a latronibus vulnerati. Bona stabula  
ria q̄ maluit omnia estimare stercoza. vt xpm lucrif  
ficaret. Ideo illā xps de stercoza leuauit ad regnū  
Hec ambro. Alij vero asserunt et in quadam cro  
nica satis autētica legitur. q̄ ipsa belena fuit filia  
choelis regis britonū. Quā cōstātinus i britaniā  
ueniēs cū esset vnica patri suo. duxit vxorē. Unde  
insula post mortē choelis sibi deuenit. Hoc et ipsi  
britones attestant. Licet alibi legat q̄ fuerit tre  
uerensis. Iudei igitur nimīū formidantes dicebāt  
ad inuicē Quare putatis q̄ regina nos ad se faciat  
cōgregari. Unus autē ex eis noīe iudas dixit. Scio  
enī quia vult a nobis disere. vbi nam sit lignū cru  
cis in quo xps crucifixus fuit. Videte ergo ne ali  
quis sibi cōfiteri p̄sumat. Sinaut certissime scia  
ris q̄ lē nostra euacuabit. et paterne traditiones  
fundit⁹ destruet. Zacheus enī auus meus prenū  
ctaur patri meo symoni: pater me⁹ mortis dixit

76  
michi. Vide fili quādo inquiret crux xpi. illā man  
festa anteq̄ aliqua patiaris tormēta. Nusquā enī  
ertūc gens iudeoz regnabit. sed illi qui crucifixus  
adorant. quia ipse xps filius dei erat. Cui ego dixi  
Pater mi si vere patres nostri ipm esse dei filiū co  
gnouerūt cur ipm crucis patibulo affixerunt? Et  
rñdit. Nouit dñs quia nunq̄ in consilio eoz extiti  
s̄ eis sepius p̄radixi. Quia vero ipse phariseoz vi  
cia exp̄ob: abar. ipm crucifigi fecerunt. Ipse vero  
die tercia resurrexit. et celos discipulis vidētibus  
penetrauit. In quē stephan⁹ frater meus credidit  
quez iudeoz vesana lapidauit. Vide ergo fili nē  
ipm vel discipulos eius audeas blasphemare. Nō  
videt autē multū pbabile q̄ pater istius iude tpe  
passionis xpi esse potuerit cum a passione xpi vsq̄  
ad belenā sub qua iudas fuit. fluxerūt plusquā du  
centi septuaginta anni. nisi forte diceretur q̄ tunc  
homines plusquā modo viuebāt. Dixerūt ergo iu  
dei ad iudā. Nos talia nunq̄ audiuim⁹. Ueruntū  
si de hoc regina q̄sierit. vide ne hoc sibi aliquate  
nus cōfitearis. Cū ergo illi ante reginā stetit. et  
illa eos interrogasset de loco vbi fuerat dñs cru  
cifixus. et ipi locū nullatenus indicare vellent. ius  
sit eos omēs igne cremari. At illi omēs timentes  
tradiderūt iudā dicentes. Hic dñā iusti et p̄phete  
filius optime nouit legē. et tibi omnia q̄ quesieris  
ab eo indicabit. Tūc illa omnes dimittens tenuit  
iudam solū. Cui dixit. Mors et vita tibi p̄posita  
sunt. qd̄ malueris elige. Ostende igit michi locum  
qui golgartha dicit. vbi fuit dñs crucifixus. vt cru  
ces eius inuenire possim. Rñdit iudas. Quomodo  
locū scire valeam cū ducenti anni iam et amplius  
fluxerint. et nequaquā illo tpe natus essem. Cui re  
gina. Per crucifixū fame te perimā nisi michi dixe  
ris veritatē. Ip̄m igit in puteū sicū iussit p̄ici. et  
ibidem famis molestia cruciari. Cum ergo ibidez  
sex diebus sine cibo māssisset. die septimo extrahi  
petijt et crucē se indicaturū pmisit. Cum ergo ex  
tractus ad locū venisset. et ibidē orasset. loc⁹ sub  
ito cōmouet. et fumus aromatū mire odoris sentit  
ita vt miratus iudas ab abas manibus plauderet  
et diceret. In veritate. xpe tu es saluator mundi.  
Erat autē in loco illo sicut in ecclesiasticis historijs le  
git templū veneris. qd̄ adrianus impator. ibidē cō  
struxerat vt si q̄s xpianoz in loco illo adorare vo  
luisset. videretur venerē adorare. et ob hoc infre  
ques et pene obliuioni datus fuerat loc⁹. Regina  
autē templū funditus fecit destrui. et locū inarari.  
Post hoc iudas precingēs se viriliter fodere cepit  
et. xx. passus fodiēs tres cruces absconditas reperit  
k iij

## De inuentione sancte crucis.

quas ad reginā protinus deponit. Cū autē crucē xpi ab alijs latronū nescirēt discernere. eas in medio ciuitatis posuerūt ibidē gloriā dñi prestolātes. Et ecce cū circa horam nonam quidā iuuenis mortuus deferretur. iudas fercetrū tenuit. et primā et secundā crucē sup corpus defuncti apposuit. sed nequāq̄ ille surrexit. Apponēs autē terciā crucem p̄tinus rediit defunct⁹ ad vitā. **E**n histo-rijs autē ecclesiasticis legit q̄ cum quedā mulier p̄maria ciuitatis seminiua iaceret machari⁹ eps hierosolimitanus. primā et secundā crucē adhibuit. sed nichil p̄fecit. terciā vero apposuit. et mulier aper-  
tis oculis p̄tinus sanata surrexit. **A**mbrosio vero dicit. q̄ discruit ip̄am crucē dñi per titulū quē posuerat pylatus quē titulum ibidē inuenit et legit. **D**yabolus autē in aere vociferabat dicens. **O** iuda quid hoc fecisti? **J**ude meo p̄traria opatus es. **N**az ille me suadente fecit p̄ditionē. et tu me rēnuente ibū inuenisti crucē. **P**er illū multorū lucratus sum. animas p̄ te perdere video: ias lucratas. **P**er illuz regnabā in populo. per te iam expellā a regno. **V**erūtāme tibi vicē rependā et contra te regē aliū suscitabo qui fidē deserens crucifixi. cū tormentis te negare faciet crucifixū. **Q**uod quidē de iuliano apostota dictū videtur. qui iudā ep̄m hierosolimis factū multis tormentis affecti. et martirē xpi fecit. **A**udiens iudas vociferantē dyabolum nichil extimuit. sed cōstāter dyabolo maledixit dicens. **X**p̄o te dānet in abyssum ignis eterni. **P**ost hoc iudas baptisaf. quiriacus appellaf. et hierosolimoz de-  
functo ep̄o ibidē in ep̄m ordinatur. **V**erū cum beata helena clauos dñi non haberet. rogauit ep̄m quiriacū vt ad locū pergeret. et clauos dñi quæreret. **Q**ui cū venisset et ad dñm p̄ces fudisset p̄tinuo velut aurū clauū fulgētes in terra apparuerunt. **Q**uos ille accipiēs regine detulit. **I**lla autē genua figēs in terra. et caput inclinās eos cū multa reuerentia adorauit. **C**rucis ergo partē belena detulit filio. partē vero thecis argenteis conditam reliquit in loco. **C**lauos vero quibus dñicum corpus fuerat affixū. portat ad filiū. ex quibus vt eusebius cesariēsis refert frena quibus uteret ad bellū cōposuit. et ex alijs galeā suā armauit. **N**onnulli autē asserūt vt greḡ. turonensis clauos quatuor in dñico corpore fuisse. ex quib⁹ helena duos ī freno impatoris posuit. terciū in ymagine cōstantini qui rome supeminet vbi locauit. et quartū in mare adriaticū. qd vsq; tunc fuerat nauigantium vorage p̄ieat. p̄cipiēs hoc festū de inuentione sancte crucis singulis annis solēnter celebrari. **A**mbrosius

vero sic ait. **Q**uesiuit belena clauos dñi et inuenit. **E**t de vno frena fieri p̄cepit. et de altero dyadama interxit. **R**ecte clauus in capite. corona in vertice et ī manu habena. vt sensus p̄mineat. fides luceat potestas regat. **S**anctū autē quiriacū ep̄m iulianus apostota postmodū interfecit. ex eo q̄ sanctas crucē inuenit. cum vbiq; signū crucis destruere n̄teretur. **C**um eū cōtra p̄sas p̄geret cepit quiriacū inuitare ad sacrificia ydolorū. **Q**uod cum ille rēnueret. dextrā sibi abscidi fecit dicens. **H**ac manu multas epl̄as scripsit. quibus multos a deoz sacrificijs reuocauit. **C**ui dixit quiriacus. **M**ultum mihi canis insensate p̄fuisi. quia priusquā in xpm credere. sepius ad sinagogas iudeoz scribebā ep̄stolas vt nullus in xpm crederet. **E**t ecce nūc scandalū mei corporis abscidisti. **T**unc iulianus plūbū fecit liquari. et in os eius infundi. **D**einde lectū ferreum iussit afferi et in eo quiriacū extendi. et de-  
sup carbones et salem et adipē spargi. **S**ed cū quiriacus īmobilis p̄maneret. dixit ei iulian⁹. **S**i non vis sacrificare dijs saltē dicte xp̄ianū nō esse. **Q**ui cū execrans recusaret. iussit altam foueam fieri. et serpētes venenatos ibidē poni. et quiriacū in eandē iactari. sed tamē serpentes cōtinuo mortui sunt. **I**ussitq; iulianus quiriacū in caldaria oleo feruentissimo plenā mitti. **Q**ui dñe signās sp̄ote intrare vellet rogans dñm vt euz itez in martirij lauacro baptisaret. **T**rat⁹ iulianus iussit pectus eius gladio p̄forari. **E**t sic in dño consummari p̄meruit. **Q**uanta autē sit virtus sancte crucis ī illo fidelino-  
tario patet quē quidā magus decepit. et ad quē dā locū in quē demones aduocauerat duxit p̄mittēs ei q̄ multis diuitijs abūdaret. **E**t ecce vidit quēdam magnū ethiopē super excelsum thronū sedentem et in circuitu eius alios ethiopes circa eū cum lanceis et fustibus stantes. **T**ūc ille magū p̄dictum interrogauit dicens. **Q**uis est iste puer? **E**t ille. **D**omine seruus noster est. **C**ui demon. **S**i vis me adorare et seruus me⁹ esse et xpm tuū negare. faciā te sedere in dextra mea. **I**lle autē signū crucis mox edidit: et se xpi saluatoris seruū libere esse excla-  
mauit. **S**tatimq; vt edidit signū crucis omnis illa demonū multitudo euauit. **P**ost hoc cū quadam vice templū sancte sophie p̄dict⁹ notarius cū dño suo intrasset. et ante saluatoris ymaginē ambo starent. vidit dñs suus q̄ p̄dicta ymago sup notarium oculos fixos haberet et ip̄m attente respiceret. **Q**d vidēs dictus dñs et admirās iuuenē ex parte dextra stare fecit. **C**uiditq; q̄ ymago in illā iterū partē oculos voluisset et sup notariū fixos haberet. **R**ur-

## De s. Johanne ante portam latinam

sumq; fecit ipm ire ex parte sinistra. et ecce iterum ymago oculos voluit et notariū vt prius respicere cepit. Tunc adiuratus a dño vt sibi diceret quid apud deū meruisset. ppter qd sic eū ymago respiceret. dixit se nullius boni conscū esse. nisi qd eum corā dyabolo negare noluisset.

**D**e sancto iohanne apostolo ante portam latinam. lrv. **A**



**I**ohannes ap'ls et euāgelista dñi ephesti p'dicaret. a p'consule capif. et vt dñs immoler inuitat. Qui dñi rēnueret in carcere mittit et ad domicianū impatorē epla mittit in qua magnus sacrileg' et deoz contēptor. et crucifixi cultor noiaf. Jussu igit' domiciani romā deducit et educto oēs capilli p' derisōe a capite p'cidunt. ac ante portam v'bis q' latina dicit. in doliū feruentis olei igne desubter candēte mirri iubeat. Nullū tñ ibidē dolore sensit. sed penitus illesus exiit. In illo igit' loco eccl'ia a xpianis fabricatur. et dies illa tanq' dies sui martij solennizat. Cū ergo nec sic a p'edicatione xp'i cessaret. iussu domiciani in parthos insulā relegatus est. Nec tamē impatores romani ap'los p'ferebant quia ch'istū predicabant. cū ipi nullū deum respuerēt. sed q' ipm sine senatus auctoritate deificatū aiebant. qd ipsi de nemine fieri p'hibuerant. Unde legit' in historia ecclesiastica q' cū pylatus quadā vice ad tiberiū epistolas de xp'o misisset et ipse tiberius eius fidē a romanis recipi assentiret senatus omnino respuit. ex eo q' nō sui auctoritate de' vocatus fuit. Alia causa est. que le-

gitur in quadaz cronica ex eo q' romanis prius nō apparuerat. Alia causa est ex eo q' omnium deorum cultum cui romani inferuebant euacuabat. Alia causa est ex eo q' mundi despectum predicabat. et romani avari et ambiciosi erant. Ch'istus etiam hoc fieri non permisit. ne hoc humane potentie ascriberetur. Alia causa scdm magistrū iohannem beletb quare imperatores et senatus ch'isti et apostolos persequebatur erat. quia videbatur eis deus nimis superbus et inuidus eo q' confortem habere nō dignaretur. Alia causa est quā orosius refert. quia senatus indigne tulit q' pylatus ad tiberium. et non ad senatū de ch'isti miraculis litteras destinauit. et ideo eius consecrationem inter deos fieri noluit. Unde iratus tiberius multos de senatoribus occidit. et quosdam exilio damnauit. Mater aut' ipsius iohannis audiens filiū romae detineri. materna cōpassione p'romota. romā ad eū visitandū accessit. Sed dum venisset et ipm in exilium relegatū audisset. indeq; rediret. in cāpania ciuitate vetulana migravit ad xpm. Cui' corpus i quodā specu sepultū multo tēpore iacuit. sed postmodū a filio suo iacobo reuelatū fuit. Qd quidem multo odore redolens ac miraculis multis refulgens. ad predictam ciuitatem cum multo honore translatus est.

**D**e letaniis lrvii **A**

**L**etanie in anno bis fiunt. scz in festo sancti marci que dicitur letania maior. et tribus diebus ante ascensionē dñi que dicit' minor. Et interpretat' letania supplicatio v'l rogatio. Prima igit' letania tripliciter vocatur. Primo letania maior. Secdo dicit' p'cessio septiformis. Tercio dicit' cruces nigre. Dicit' aut' letania maior. ppter tres causas. scz ratione illius a quo instituta est. scilicet a magno gregorio papa. Ratiōe loci i quo instituta est. q' rome que est dña et caput mundi. ex eo q' ibi est corpus principis apostolor' et ap'lica sedes. Ratiōe cause p' qua instituta est. q' pro magno et grauissimo morbo. Romani em̄ cū in quadragesima p'tinēter vixissent. et in pascha corpus dñi reciperēt. postmodū cōmessationibus ludis et luxurie frena laxabāt. Ideoq; deus. puocatus pestē maximam in eos misit. quā inguinarīā vocāt. idest apostema siue inflaturā in inguine. Tam seua aut' illa pestis fuit. vt homines in via in mēsa. in ludis. in colloquijs subito morerentur. ita q' cum aliquis vt dicit' sternutabat. sepe cū ipsa sternutatiōe spiritū exalabat. Unde cū aliq's aliquē sternutantē audiebat statim accurrēs. deus te adiuet acclamabat.